



1719, 21 24

PROGRAMMA
DE
**CATHEDRA
DOCTORALI**

QVO
AD
DISPUTATIONES PVBLICAS
IVRISPRVDENTIÆ STRUVIANÆ
CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICE
HABENDAS
DOMINOS COMMILITONES
INVITAT
**FRIEDERICH GOTTLIEB
STRUVE D.**
CVR. PROV. SAX. ADVOC. ORDIN.

IENÆ
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.


UNIVERSITÄT
ZVIBALIK



PROGRAMMA
DE
CATHEDRA
DOCTORALI

QVO
AD
DISPUTATIONES PABRICAS
IURISPRUDENTIE STRUVAIANAE
CONSILII AUSTRIACAE FACULTATIS IURIS
HABENDAS
DOMINOS COMMITTONES
FRIDERICH GÖTTLIEB
STRUBE D.
CVR. PROV. SAX. ADVOC. ORDIN.

1811
NITERS FICHELHAIMAN.



Inter plura privilegia Studiis liberalibus
indulta, non ultimum est, IVS & IN-
SIGNE CATHEDRÆ, in præmium
excultæ doctrinæ ab antiquo collatum.
Conf. Middendorp. de *Academ. Lib.*
5. cap. 13. Est autem Vocabulum *Ca-*
thedra non eiusdem significationis, si-
quidem (1) apud rei antiquariæ scripto-
res usurpatur pro *sella velata*, qua feminae gestari per urbem
solebant, uti docet *Martial. Lib. XII. Epigram. 38.* eamque
è falice factam fuisse, memorat *Plinius Histor. Natur. Lib.*
XVI. cap. 37. Vnde *servi cathedralitii* vocabantur, qui tale
genus ministerii olim subire debebant *Turneb. Adversar.*
Lib. 30. cap. 30. Deinde (2) notat *sellam* ac *sedem* aliquam *se-*
paratam seu sedile, ubi sedemus; unde *Exedra* appellatio
descendit, quæ denotat locum ad sedendum constitutum ac
sellam studiarum, uti refert *Rebuff. in Comment. ad tit. de*
Verb. Signif. ad l. 203. Porro (3) significat *stationem* aut
sedem elatiorem, qua Philosophi olim atque Rhetores uteban-
tur, ut eo melius essent conspicui, si verba facere vellent,
cum suppedaneo aliquando & cum umbella, uti in vetustis
monumentis videre licet. Ita de *Rhetorum* professione at-
que *Scholis* dixit *Juvenalis Satyr. VII. v. 203.*

(2

Pa.

UNIVERS.
ZVEALIK

Poenituit multos vana sterisque Cathedra

Sicut Transymachi probat &c.

Ita quoque *Cathedrarii Philosophi* s. de cathedra perorantes; memorantur apud Senecam de *Brevit. Vit. cap. 10.* ibi: *Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrariis philosophis, sed ex veris antiquis* (4) Denotat sellam ac sedem iudicis, cum pro Tribunali sederet & sententiam diceret, apud Pollucem in *Onomast. Lib. VIII. cap. 10.* ibi: καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τὴν πρῶτην καθέδραν. i. e. & in foro primam Cathedram. Denique (5) amplissimo quodam significatu Cathedra juxta Canones iuris Pontificii notat *residentiam, sedem, dignitatem ac munus Episcopi in Ecclesia Cathedrali.* Vti patet ex *Can. 21. Caus. VII. qu. 1.* ibi: *Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali Cathedra, ad aliquam Ecclesiam in Diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oporteat, constitutum; curam vel frequentationem propria Cathedra negligere.* Add. *Gonzalez in Comment. Decretal. cap. 9. X de Censib. n. 2.* Nimirum Cathedra Episcopi proprie est *sedes honestior, atque augustior Episcoporum in Ecclesia, ceteris aliorum presbyterorum sedilibus excelsior, ex qua quasi inspector reliquorum habeatur; Eleganter Augustin. in Psalm. 126. de Episcopis ait. Vt in mentem revocarent, altiore se in loco, tanquam in specula constitutos, quo oculorum acie pervigili atque indefessa, in tutelam gregis incumbant, tanto ceteris virtute & probitate clariores, quanto magis essent sedis honore ac sublimitate conspicui.* Add. *can. 12. Caus. VII. qu. 1. cap. 11. §. 2. X. de Renunciat.* Inde quoque pro *Sede Pontificis* usurpatur in *Clement. dudum. 2 de Sepult.* item pro *munere docendi & exercendi ea, quæ sunt ordinis Episcopalis* in *can. 6 Caus. XVIII. qu. 2.* ibi: *Nec audeat ibi Cathedram collocare Episcopus, vel quamlibet potestatem exercere imperandi &c.* Plures huius vocis significatus recenset *Carol. du Fresne in Glossar. Med.*

Med. & infim. Latinit. voc. Cathedra, qui tamen ab instituto nostro sunt alieni. Ex hisce proinde omnibus conjunctis locis patet, vocabulum *Cathedra* in foro tam seculari, quam ecclesiastico denotare locum aliquem & sedem elatiorem atque ab inferiorum ordine separatam; ac postea, per synecdochen quandam, vocem esse translata[m], ad designandum aliquem singularem dignitatis gradum. Vnde ab *honore doctrinae & eloquentiae* descendit, quod vocabulum *Cathedrae* factum sit *honorificum*, & hodiernum adhuc praemium aliquod singulare artis perfectioris, & collatae dignitatis doctrinalis insigne quoddam promeritum existat, per quod indigetur, quod *collocatus in Cathedra, ordine discipulorum eximatur, & initiatus docendi munere, habeatur, praeter reliquis, honore conspicuus*, prout hanc significationem latius evoluit Hoepinck de *Jure insign. Cap. II. membr. 2. n. 573.* Mendo de *Jur. Academ. L. II. qu. 6.* In hoc igitur sensu *strictiori*, frequentissimo stylo nostri seculi, *Cathedra Doctoralis* atque *Scholastica* usurpatur. Cuius certe originem ab ipso docendi munere, & antiquissimo quodam instituto reperere licet. Siquidem credibile est, primos statim doctores, scilicet docentes Patriarchas, separata quadam statione, eaque elatiori usos fuisse, quo ita verba facientes commodius ab omnibus exaudiri possent, & vox ab alto decidens facilius inter plures posset dissipari. Vnde *erecta saepe altaria* locum dicendi apud antiquos faciebant, & hinc *Altarium Cathedrae* apud Euseb. in *Histor. Eccles. Lib. VII. cap. 30.* per quas nihil aliud quam loca quadam elata in *altiori* posita significabantur, ut non tantum religionis devotio, sed etiam locus ipse, ad dicendum aptior, auctoritatem & reverentiam docenti conciliaret. Quem deinde morem *Mosen* confirmasse volunt, ex eo, quod manus Josuae impositurus eumque in officio confirmaturus, de *terra sublatum collocaverit,*

caverit, sibi que assidere fecerit in Cathedra. Aut certe dilucidius huc referri posset exemplum Ezre, insignis Legum Mo-
saicarum Doctoris, de quo Nehemias *Cap. VIII. v. 4.* refert, quod *ἀναγνώστην* publicum agens, *steterit sub scellio ligni editiori.* Vnde quoque Salvator munus docendi Scribarum & Phariseo-
rum describens provocat ad *Cathedram Moysi. Math. c. XXIII. v. 2.* Joseph. *Antiquit. Judaic. Lib. XII. cap. 2.* Hospin. de *Orig. Templor. L. III. cap. 5.* Ex hoc proinde more docendi ex Cathedra, promanasse arbitrør, quod hodiernum adhuc, inter insignia Doctoralis dignitatis, solenni modo *Cathedra*, & inter alios consuetos promotionis ritus, *ascensio Cathedra* referri solet. Vti de suo iam tempore testatur Andreas in glossa ad *Clementin. de Magistr.* quod Bononia, tanquam anti-
quissima Academia, tale in usu fuerit, dum ait. *Ita loquimur nos* (videlicet Bononienfes) *& ista insignia sunt. Cathedra, Biretum, apud aliquos Liber, annulus, osculum.* Similiter Arisim. Tepat. in *Comp. Decis. Tit. 86. cap. 7.* pari modo inter insignia Doctoratus propria *Cathedram* refert ibi: *Insignia Doctoratus sunt quinque, videlicet cathedra, biretum, liber, annulus & osculum & ipsis insignis qui utitur, antequam doctoretur, falsi pœnam incurrit.* Add. Pancir. *Var. Lection. Lib. I. c. 23.* Solet nimirum promotis primo tradi *Cathedra* pro investitura possessionis, in signum collati gradus doctoralis Linn. in *Jure Pub. L. VIII. c. 8. n. 88.* Et hinc est, quod concludant Interpretes, probari Doctoratum per testes, deponentes, vidisse talem super cathedra sedentem, prout notat Mascard. de *Probat. Conclus. 528.* A quo tempore vero cathedra inter insignia doctoralia provehi cœperit, satis certe non constat, credibile tamen, post tempora Lotharii Saxonis Imp. & post restauratam in Italia iurisprudentiam, inter reliqua doctorinæ emolumenta, hanc successu temporis esse additam, & ab-

ab Italis postea hunc morem ad Germanos pervenisse. Conf.
Stephani de *Jurisd. L. III. Part. 2. cap. 14.* Neque a vero
abludit conjectura Conrignii, quod cathedra insigne Docto-
rum ex eo fuerit factum, quod Doctores in numerum Cleri-
corum antiquitus fuerint recepti, idque invento & strata-
gemate Pontificis ut sibi potestatem conferendi dig-
nitates & docendi muneris soli arrogaret. *Antiquit. Academ.
in supplem. 68.* Denotat enim hodierna Doctorum nostro-
rum Cathedra docendi munus & interpretandi facultatem,
atque in hoc sensu varias Cathedras ad docendas scientias in
Academia Salmanticensi institutas esse, plenius recenset Men-
do de *Jure Academ. Lib. I. qu. 7.* Ad dignitatis ergo præmia dum
Cathedram referimus, recte inde concludimus, quod *ius ca-
thedrae* alii non detur, quam qui legitime gradum aut publi-
cum docendi munus obtinuit, uti bene tradit Mendo de *Jure
Academ. L. II. qu. 23. n. 251. & seq.* Heigius *L. II. Qu. 11. n.
57. & seq.* Pariter inde consecrarium fuit, quod ius conce-
dendi cathedram *primario* pertineat ad reservatâ Majestatis,
quippe cuius est de dignitatum gradibus statuere; *secundario*
vero, a concessione scholari sive doctrinali dependeat eius, qui
ex comitiva superioris ius creandi publicos Doctores exercet.
Vnde bene haec in rem commentatur Pacian. de *Probat Lib.
II. cap. 41. n. 129. 130.* ibi: *Insignia doctor alia sunt quinque, id
est, cathedra, liber, biretum, annulus & osculum.* Bonifacius
tamen de Vitalinis in Clement. de *Magistr.* tradit, quod *Cathe-
dra in partibus Gallicis est unum de insignibus doctoreis: Sed
in Italia observatur, ut non sit insigne, quoniam licentia, que
datur doctorando per Episcopum vel alium, ad quem pertinet,
repetendi, disputandi, terminandi ac interpretandi non potest
exerceri proprie & congrue nisi in Scholis, & nisi in Cathedra.*
Vnde ex concessione dictæ licentiæ sequitur concessio cathedra, &

XIX CCLM

65 (0) 59

UNIVERSITÄT
ZWEIBLICH

ideo in Italia expresse datur facultas Licentiatō ascendendi ca-
thedram doctoralem & ibi legendi, ex quo fit, quod in Italia sta-
tim data licentia doctorandus ascendit cathedram, & ibi stans
facit suam regam, & petit sibi insignia doctoralia tradi. & Do-
ctor, qui stat in loco inferiori, ascendit cathedram & illi dat in-
signia postulata. Idem etiam de Cathedra confirmavit Zabarella
in commentario predicto Clementinae ubi ait, quod Padua
& Bononiae doctorandus sine aliqua solemnitate observanda per
Doctorem, sub quo doctoratur, ascendit cathedram, post licen-
tiam habitam a Cancellario de ascendendo. & addit, hodie re-
ceptum esse, ut liber sit principale insigne, biretum secundum
annulus tertium, osculum quartum, & benedictio quintum vel
seximum, ponendo cathedram pro primo.

Huic proinde discursui ansam dederunt Viri Juvenes
Generosi ac Præ Nobilissimi

IOH. GEORG. ACHTERMANN, *Brunsv.*
PAVL PHILIPP. VVOLFFHARDT

Magdeb.

ACHATIVS PHILIPP. IVST. HILPERT,

Hildes.

FRIEDRICH de KALM, *Brunsv.*

ADAM EMANVEL DEYLL, *Sedin. Pomer.*

Legum Cultores strenui, Optimorum Parentum filii, quippe
qui Capita quadam ex Juris prudentia Struviana, sub meo Præ-
sidio, publicis Disputationibus ventilare proposuerunt, ut
publicum exultæ hæcenus diligentia documentum ederent.

Hicse igitur actibus Disputatoriis, ex consensu Illustris Fa-
cultatis Juridicae instituendis, ut omnium Ordinum Audito-
res honoratissimi frequenter intersint, ea, qua par est, huma-
nitate, officiose rogo. Dabam Jenæ die 7. Jul.

M DCC XIX.

☞ (o) ☞





Nur für den Lesesaal!

ULB Halle


3

003 594 416



Sb







1719, 21 24

PROGRAMMA
DE
CATHEDRA
DOCTORALI

QVO
AD
DISPUTATIONES PVBLICAS
IVRISPRVDENTIÆ STRUVIANÆ
CONSENSV ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICÆ
HABENDAS

DOMINOS COMMILITONES
INVITAT
FRIEDERICH GOTTLIEB
STRUVE D.

CVR. PROV. SAX. ADVOC. ORDIN.

IENÆ
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

